



Universitätsbibliothek Paderborn

Domus Æternitatis

Reserata, Et Ad Ingrediendum Quotidie Memoriæ cogitationibus,
Intellectûs considerationibus, ac voluntatis affectibus Aperta ; Serviet
quoque pro Concionibus; uti & pro Exhortationibus, in Agoniae Domini
Sodalitatibus

Dirckinck, Johann

Coloniae Agrippinae, 1713

4. Arcta via ad domum beatæ æternitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50597](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-50597)

CONSIDERATIO IV.

Arcta via Domus beatæ æternitatis.

*Arcta via est, quæ dicit ad vitam, & pauci
sunt, qui inveniunt eam. Matth. c. 7. 14.*

10. Januarii.

I. **M**Ultitudinem damnandorum, ac paucitatem salvandorum comprobavimus verbi divini oraculis: nunc eandem veritatem, figuris & similitudinibus confirmemus. Prima figura nobis præbetur in cataclysmo, seu universali mundi diluvio: quando nimirum *Rupti sunt omnes fontes abyssi magna, & cataractæ cœli apertæ sunt, & facta est pluvia super omnem terram, quadraginta diebus & quadraginta noctibus; consumptaque est omnis caro, qua movetur super terram; ab homine usque ad pecus; præter Noe & eos, qui cum eo erant in Arca. Gen. c. 7. 11. 21.*

II. Considera, quæ calamitas, quæ miseria, quæ pœna hæc fuerit: omnes munditotius incolæ, aquis inundantibus & altissima montium cacumina superantibus, hauriuntur ac submerguntur: &

B 4

pauci,

32 Domus aeternitatis Consideratio
pauci, id est, octo solum animæ, in a ~~ha~~
Noë salvantur. 1. Petri c. 3. 20. Hæc ~~m~~
rem arca, ex mente ejusdem Apostoli sp
gura fuit Ecclesiæ, in qua fideles, lo
baptismum salvi evadunt; illique, int tu
pereuntium sunt pauci; veluti in a 2.
fuere pauci. Quis hæc perpendens
horrore salutari concutiat? Tot m
na millia, absorbentur undâ, tam p
salvantur in arca!

III. Figura secunda fuit eversio Upt
Jericho, salvâ solâ domunculâ mulie va
nomine Rahab, ut legimus, Josue c. du
25. Jericho enim, ut notat S. Gregorius
hom. 2. in Evang. idem sonat ac luna, du
mundi hujus instabilitatem designat
Muri autem Jericho, clangentibus tuis sem
illico corruentes. Josue c. 6. mundi p
figurant excidium, complendum in me
tremo die judicii, in novissima tuba. 1. Inv
rinth. c. 15. Rahab autem, quæ sola ger
vata est cum paucis, figura fuit saly fin
dorum, ipsa enim per funiculum co
neum, qui crucis ac passionis Christi
signaculum, in medio impiorū, salu
reperit: & ut de ea ait S. Chrysostom
ho

in a hom. 5. de pœnit. *Velut in lotabro confusa*
Hæc margarita, aurum in luto abjectum, flos
stoli spinis confessus, religiosa anima, inclusa in
s, loco impietatis. Rahab igitur sola salva-
intur, ex operibus justificata. Jacob cap.
 in a 2. 25.

ensi
ot mi

n pa

O Domine! dum ex una parte, animas
 tam paucas dihivio universali ere-
 o U ptas; ac solam Rahab ex concivibus ser-
 ulie vata in perpendo : ex altera verò parte,
 ne c dum considero peccata mea, dum judicium
 regorum formido, dum mortis horam cogito,
 una, dum supplicia Tartari horreo, dum opera
 signa mea, quâ districione & discussione à te pen-
 us tu sentur ignoro; dum quo fine illa clausurus
 di phim, penitus nescio (S. Aug. man. c. 9.) an nō
 in merito expavesco? & ne mundi diluvio
 s. 1. (involvar, jure timeo? ne autem peream,
 sola gemens ac tremens ad pietatem tuam in-
 salit, infinitam configlio ac supplex oro : Sal-
 vum me fac in misericordia tua: Domine,
 non confundar, quoniam invocavi te.

Psal. 30. 17.

Salut
oston
ho

B 5

II.

I. **F**igura tertia exhibetur nobis, in ex-
tu Israelis de Ægypto : quando
sexcenta virorum millia, demptis mul-
ribus, parvulis & famulis, ad numerum
decuplo viris majorem, facile ascende-
tibus, exivere, ac duo duntaxat, scilicet
Josue & Caleb, terram promissionis su-
gredi meruerunt. Figuram hanc lucile
tam exponit Apostolus 1. Corinth. c. 1

I. Patres, inquit, nostri, omnes sub n^m Cl
fuerunt, Et omnes mare transierunt,
omnes in Moyse baptizati sunt in nube
in mari, Et omnes eandem escam spirituali
manducaverunt; sed non in pluribus eorum omni
beneplacitum est Deo: nam prostrati sum
deserto. Hæc autem omnia in figura
tingebant illis.

II. Expende hæc verba Apostoli, de
penetres, fructumque inde haurias. I fid
ires nostri, inquit, id est Patres Hebraeorum
ex Ægypto, in terram promissionis &
proficisci centium. Omnes baptizati sunt re-
nube Et in mari: nempe præcedente ele
columnâ nubis; in mari rubro, vel ele
baptismi veri figura, tincti sunt. Et omnes pe
candi

eandem escam spiritalem manducaverunt;
scilicet manna, Eucharistiae figuram. Ee-
omnes eundem potum spiritalem biberunt,
de spirituali consequente eos petra, petra
autem erat Christus. Biberunt de petra sca-
turiante, per fidem scilicet in Christum
venturum, jam pridem Abrahæ promis-
sum. Et tamen non in pluribus eorum bene-
cule placitum est Deo: tot enim millia in de-
serto prostrata sunt, binis solùm terram
Chanaā ingrediētibus. O quis nō paveat?

III. Considera denique hanc fuisse fi-
guram prædestinorum & reprobo-
rum; ait enim Apostolus l.c. *Hec autem
omnia, in figura, contigisse illis.* Sed quo-
modo? Terra promissa erat figura ater-
ra a nā cæli patriæ: desertum, figura hujus vi-
tæ: Hebræi baptizati in mari rubro, cre-
oli, dentesque in Christum venturum, figura
fidelium; existentium in Ecclesia post
Christum: Hebræi mortui in deserto,
& exclusi terrâ promissionis, figura
sunt reproborum, ex fidelibus: Josue & Ca-
neb intrantes terram promissam, figura
electorum: ut docet S. Gregor. in Psal. 7.
pœnit. Ecce quām multi excluduntur,

36 Domus aeternitatis Consideratio
quām pauci ingrediuntur terram deli-
derabilem!

Affectus horroris.

O Peccatores cæci! tantâ audaciâ
proterviâ indies in scelera lethali
proruentes, & tamen de cœlestis Chanaan
ingressu vobis blandientes : atte-
dite & videte: non transitorie & negligi-
ter; sed cum ingenti tremore considerau-
qui ad sexcentis millibus, duo tantum u-
ram promissionis ingressi sunt. S. Aug. ser.
102. de Temp. Attendite & videte, quia
iudicia Dei sint abyssus multa, quām q-
ippe sit terribilis, in consilio super filios
minum. Psal. 65. Et cum timore &
more salutem vestram operamini; ne cu-
tot centenis millibus in deserto prostrati,
excludamini ; sed annumerem
paucis , Chanaan cœlestem ingred-
entibus.

12. Januarii.

I. Q Uanta figura multitudinem dan-
nandorum ac salvandorum pa-
citatem repræsentans , est incendiu-
pentapolitanum, quo Sodoma, Gomor-
ra, etc.

rha, Adama & Seboim , igne cœlitus de-
misso conflagrâunt. Pluit Dominus, ait
sacer textus , super Sodomam & Gomor-
rham, sulphur & ignem, à Domino de cœlo,
& subvertit civitates has, & omnem circa
regionem, & universos habitatores ur-
bium, & cuncta terra virentia. Gen. c.

19. 24. Incendium hoc figura fuit ex re-
mi Judicii: quando orbis conflagrabit.
Loth verò & uxori ejus, ac duæ filiæ , in-
cendio per Angelos ereptæ , figura sunt
electorum; reliqui omnes, igne sulphu-
reо pereuntes, reproborum: Veniet enim
Dominus judicare sæculum per ignem.
Dicetque reprobis: *Ite maledicti in ignem
aternum.* O quis impius non tremat?

II. Quinta figura, eandem nobis ob o-
culos ponens veritatem , defumitur ex
Libro Judicum c. 7. ubi ex triginta duo-
bus millibus, qui erant in exercitu , Ge-
deon elegit tantum trecentos, qui victo-
riam de hostibus reportarent; reliquos
omnes reprobavit. Expende h̄ic Gedeon
nein exercitus Ducem , apertam Christi
præferre figuram , ut scribit S. Augusti-
nus serm. 108, de temp. & habetur Isaiae

*Domus aeternitatis. Consideratio
c. 9. 4.* ubi Christus dicitur, *Sceptrum ta
exactoris superasse, sicut in die Madi ha
Scilicet sceptrum dæmonis, seu impri
rium, quo quotidie, quasi durus exacto
imponit & exigit à peccatoribus gravi
sima tributa, & sicut Gedeon, superal
Madianitas: trecentos verò, è triginta
duobus millibus, electos, repræsentat
electos, inter reprobos.*

III. Considera ansam & occasione
electionis trecentorum militum, anal
giam quoque ac similitudinem præbe
electionis salvandorum. Gedeon en
Dux strenuus ac prudens, elegit eos, q
lambebant aquam, raptim manu ha
stam, sicut lanabit canis: rejecit verò e
qui curvaverunt genu, ut biberent. Ac u
id notat & exponit Origenes hom. 9.
L. Judic. *Ille electus est, ait, qui postquam
ad aquam baptismi ventum est, flecti ad te
renas necessitates nescit, qui vitiis non in
dulget, neque ob peccati fitim sternitur pri
nus.* Ac proinde electus meritò censetur
qui ad vitia non inclinatur; reprobus ve
rò, qui ad vitia & peccata se absicet elec
titur à Domino, ad vincendos Madiani

tas, id est dæmones, eam proportionem
habent, ad reprobos; quam soli trecen-
ti, ad triginta duo millia rejectorum, à
Gedeone.

Affectus pavoris.

Pavor tenuit me & tremor, & omnia
offa mea perterrita sunt. Job. c. 4. 14.
Intra me adverto inclinationes, animam
curvantes ad bibendum fœtidas carnis
aquas: Circa me video ardenteum igne
concupiscentiæ mundum, instar pentan-
polis, & ego non fugio, ego in flammis
allambentibus perso. Infra me cerno
hiare, inferni fauces, & animas reprobo-
rum, turmatim in eas, corruentes. Supra
me, intueor cœlum, mihi ob scelera mea
infensum. Et an non inter ista jure trepi-
do? fide sanè careo, si in his omnibus
insensatum est cor. Eccl. 16. 19.



CON-